



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXV. Das Kloster Diesdorf verkauft seinen Nonnen Kunigunde von
Knesebeck und Elisabeth von Bartensleben jährliche Pächte aus Eickhorst,
am 4. April 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXV. Das Kloster Diesdorf verkauft seinen Nonnen Kunigunde von dem Knefbeck und Elisabeth von Bartenleben jährliche Pächte aus Eichhorst, am 4. April 1333.

Henricus, dei gracia prepositus, Gerburgis, priorissa, Totumque Collegium sanctimonialium in dystorpe omnibus hanc litteram visuris et auditoris salutem in virginis filio benedicto. Noscant homines presentis temporis et futuri, quod nos de omnium voluntate et Communi consensu deuotis in christo dominabus, scilicet Konegunde de knefbecke et Elizabet de bertenfleue, professis et inclusis ibidem, vendidimus annuatim pro viginti quatuor marcis lüneburgensium denariorum dimidium Chorum filiginis redivisus (sic) singulis annis infra octauam beati martini Episcopi, in dystorpe de bonis nostris in echorst de vna curia, in qua nunc est residens nomine proprio Henneke luthekemam, pro voluntate predictae konegunde et Elizabet amicabiliter presentandum. Hoc addito, quod mortua vna de predictis dominabus, ad huc autem et altera temporibus vite sue predictum dimidium Chorum reddituum integraliter optinebit: mortuis autem ambabus predictis puellis, Tunc officium karitatis predictum dimidium Chorum filiginis in bonis predictis sine aliquo obstaculo perpetuo possidebit. In super quod si predicta curia desolaretur propter malum statum terre, quod deus auertat, Tunc prepositus, qui nunc est et erit pro tempore, dabit sepe dictum dimidium Chorum filiginis de nostro granario, sine aliquo impedimento. Igitur vt factum nostrum super eo a nostris successoribus rite teneatur, presens scriptum nostrorum sigillorum munimine fecimus roborari. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o., In die ambrosii Episcopi. Cum qua pecunia predicta ministravimus precium familie nostre, In festo pasce anno predicto.

LXXVI. Das Kloster Diesdorf befundet, daß der Pfarrer Heinrich zu Abendorf zur Besserung des Gottesdienstes Gebungen aus Werle dem Kloster überwiesen habe, am 4. März 1335.

Nos Albertus, dei gracia prepositus, Elyzabeth Priorissa, Totumque Conuentus sanctimonialium Cenobii in dystorpe vniuersis christifidelibus presentis littere inspectoribus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Hinc est, quod notum volumus tam presentibus quam futuri temporis posteris, quod dominus hinricus, plebanus ecclesie in abbendorpe dimidium chorum filiginis, quem in villa werle in curia bernardi pie memorie propria pecunia comparauit, ad augmentationem diuini officii animarum pro remedio anime sue et in remissionem suorum peccaminum possidendum perpetuis temporibus assignauit, ista videlicet conditione interposita et adiecta, quod quecumque sanctimonialium dicto officio animarum vt premittitur in tempore presuerit in die sancte assensionis domini omnibus et singulis sanctimonialibus seruicium de dimidio choro prenarrato fideliter ministrabit, et vt memoria eiusdem domini hinrici in die pretaxato in diuinis officiis annuatim